

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Judex.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

zis, tamen vidi Compzæ, & Neap.  
solum à presbyteris, i. à Sacerdotibus  
exigunt, an à Diaconis, distinguendum pu-  
to, si habent partem in fructibus Ec-  
clesiarum, ubi adscripti sunt, pro por-  
tione sua tenerentur, per Regulam, si  
quis conmodum, & hoc ubi aliter non  
haberet consuetudo, presbyteri cæci-  
non tenentur, c. licet, de cens. sed distin-  
gue cum Panor. ibi.

Ad quartum, vide gl. in c. quicunque,  
16. q. 7, & Ioan. Andr. in cap. 1. de prob.  
lib. 6. in novella, & Franch. Bald. tract. de  
prescr. 1. par. 5. p. c. 16. ubi dicit, quod non  
potest præscribi, sicut nec procuratio,  
nec subsidium charitativum, & citat  
Panor. in cons. 94. in 1. vol. & Calder.  
cons. 2. de prescr. & idem Bald. loc. cit. 1.  
par. 6. & ult. fol. 484. sed possit dici,  
quod licet non possit præscribi, potest  
tamen per contrariam consuetudinem  
alii et introduci, prout dixi in ver. confis-  
sio. §. 2. ex Nav. in c. 1. in prin. in gloss.  
numero 98. de pœnit. dist. 6. & ita placu-  
it, numero 34. ead. dist. & dixi in tract.  
mea pœnit. c. 15. q. 2. facit Conc. Trid. sess.  
24. capit. 3. de refor. ubi dicit, quod valet  
consuetudo contra procurationem, &  
tamen c. cum ex officio, de prescr., censem-  
tit procurationem non posse præscribi,  
& tamen potest tolli consuetudine. Ra-  
tio est, quia multa possunt tolli per  
consuetudinem, quæ per præscriptio-  
nem tolli non possunt; prout dixi su-  
perius in verb. decimæ, §. 7. & Navar.  
in gloss. in Sum. de pœnit. dist. 5. nn. 7. vide  
Navar. cons. 5. de cens.

## J U D E X.

PRimum, Iudex commissus potest  
aliquid capere pro visitatione pro-  
cessus. Boer. decis. 15. numero 1. sed nec  
Iudex, nec Advocatus, nec Procurator,  
potest sibi retinere processum pro sala-  
rio suo, idem ibidem, numero 3. & quo-  
modo probetur processus, si deperda-  
tur, vide ibi.

Secundò, Iudex succedens in officio,  
an possit persequi reum jam absolutum  
à judice prædecessore, vide Paris. de Put.  
tract. de Syndicatu in ver. pœna.

Tertiò, Iudex non debet participare  
lucrum cum Notario, seu Actuario suo,  
cap. statutum. §. notarium, de rescript. lib.  
6. Boer. decis. 258. numero 12. quod est  
contra nonnullos Episcopos non dan-  
tes salaryum Vicariis suis, nisi mediata-  
tem sportularum, & banchæ Notarii:  
caveant ergo de cetero, juxta ea quæ  
dicit Ang. in l. præcipimus, C. de appell.  
& ne dent occasionem suis officialibus  
dicendi illud parabolæ Salom. capit. 1.  
*Marsupium unum erit nobiscum*, sed dent  
salaryum, & Notario vendant bancham  
seu lucra actorum, & Gemin. in capitul.  
statutum, §. notarium verò, notab. 4. de re-  
script. lib. 6. per illum tex. dicit non  
quod prohibitum est Iudici participa-  
re lucrum cum notariis, & ministris  
causæ.

Quartò, Iudex ecclesiasticus non  
tenetur stare processui confessio à Iudice  
laico, nec è contra, nisi in crimen hære-  
sis. Boer. decisio. 90. Abb. in c. ea quæ, nn.  
14. de stat. monach.

Quin-

Quintò, Judex ecclesiasticus an possit punire eum, qui condemnatus, vel absolvitus fuit à judge sacerdotali, & è contra, vide Boer. decis. 289. ubi videtur declinare in partem negativam, fallit in excommunicatione obpercussionem Clerici factam à laico, quia licet sit condemnatus, vel absolvitus à Judge sacerdotali pro delicto, potest inde puniri etiam & condemnari à Judge ecclesiastico pro excommunicatione incursa, juxta cap. ex parte, & ibi notata de verb. sing. imò Covar. lib. 1. capit. 4. numero 8. var. resol. censet judicem ecclesiasticum posse etiam punire laicum accusatum coram eo, de injectione manum violentarum in Clericum, & de actione injuriarum, facit cap. 2. de pœn. & c. parochianus & ibi gl. in ver. satisfacient. de sent. excom & Gom. de brev. nu. 25. Abb. in c. cum non ab homine, num. 2. de sent. excom. sed cum sit sacrilegium, est etiam casus mixtus.

Sextò, quomodo practicari debet in casibus mixtis, ut si præveniat Judex ecclesiasticus, & condemnnet, an sic condemnatus possit à judge sacerdotali iterum puniri, yide Maran. 4. part. distin. 1. num. 20. & 27. & 6. part. tit. de inquis. nu. 97. Covar. lib. 2. c. 10. num. 4. 5. & 7. var. resol. cap. Felicis, §. per hoc, de pœn. lib. 6. gl. in c. at si clericis, §. ultim. de iudicis, in ver. duplicit. Foller. pract. crim. 4. p. num. 49. & num. 103. Boer. loc. cit.

Septimò, Judge secularis in multis habet auctoritatem in personis eccles. vide cap. princeps, & ibi gloss. 23. quest. 65. & 562. num. 2. per gl. in cap. tua, il 1. de decim.

Octavò, Ecclesiasticus potest punire laicum pro injuria illata Clerico, si præveniat, idem loco cit. quod est notandum pro practica, & ita dicit fuisse dictum in facto, Covar. ls. 1. c. 4. nu. 8. var. resol. facit c. 2. de pœn. Gom. tract. de Brevi. nu. 25. vide Anch. in cap. ea qua, num. 17. de regul. iur. lib. 6. idem de occupantibus, seu usurpatibus bona Ecclesiastum, vel Hospitalium, Clem. 2. & ibi gloss. in ver. excusere, & Abb. numero 1. de relig. dom.

Nonò, Judge laicus potest cognoscere de possessorio in Beneficialibus, & Decimis, ratio est, quia possessorum non est quid spirituale, sed temporale, ita Guid. Pap. q. 1. nu. 1. & 2. gl. in c. literas de iuram. calum. in ver. spiritualibus, Cov. pract. quest. c. 35. à nn. 1. potest etiam cognoscere de spolio facto contra Regularem, vel de beneficio Manuali, vel perpetuo, & illos sic spoliatos restituere, ita Navar. in cap. non dicitis. nu. 65. ver. addg. et Iavo. 12. q. 1.

Decimò, an Judge ecclesiasticus possit cognoscere de causa feudal contra Clericum, vide eund. Guid. Pap. 139. q. & addit. ibi.

Undecimò, Judge secularis aliquando incidenter cognoscit de causa spirituali, putat, si agatur super facto, an matrimonium fuerit contractum inter aliquos, nec ne, Capyc. decis. 7. Abb. & gl. in c. non est, in versi. uxoris, de spons. Selva tract. de benef. 1. par. q. 7. n. 12. & quando Clericus turbat laicum in possessione, Affl. & decis. 2. n. 5. per constitutionem regni, finis præcepti charitas, & in causa reconvencionis, quia in causa civili clericus

cus reconvenitur coram judice laico,  
Afflct. decif. 173. & in causa depositi, &  
spolii beneficii, etiam contra Clericum,  
Afflct. decif. 24. num. 3.

Duodecimò, sunt multa oppida, in  
quibus persona ecclesiastica habet ius  
civile, & secularis criminale, queritur  
quis Capitaneorum debeat præcedere,  
an is qui ponitur ab ecclesiastico, vel  
qui à seculari? Respondetur, quod Ca-  
pitaneus personæ ecclesiasticæ, Capyc.  
decif. 27. a nu. 23. & infra. Sicut ille ad  
ipsum pertinet convocare Concilium  
Universitatis, n. 22. & quando dubitare-  
tur ad quem iurisdictio pertineat, quis  
cognoscere debeat, vide Iser. in usu feud.  
rab. ult. n. 16.

Decimotertiò, in quibus casibus ha-  
beat cognitionem Capitaneus criminis  
in his terris, seu oppidis, & in quibus  
Capitaneus civilis per sacrum Regium  
Conc. Neap. fuit decismum, quod quoties-  
cumque venit pena irroganda fisco, co-  
gnoscit Capitaneus criminalis. Sed vide  
Amonem in suis Soliloquuis, ubi aliter  
sentit, per quandam pragmaticam Regis  
Neapoli, vide Vinc. de Anna, singul. 460  
& ad Capitaneum causarum criminali-  
um spectat facere banna criminaria, ad  
Capitaneum causarum civilium banna  
civilia, Capyc. loc. cit. n. 29. & dicta pragm.  
hodie est impressa, & incipit, Illustri, &  
est posita à Nigro in Constitut. Regni, in  
tit. de causis criminalibus & civilibus. vbi  
Rex dicit, Declaramus omnes causas, cul-  
pas & criminalia, pro quibus pena mortis  
naturalis, seu civilis, vel membra mutilatio  
principaliter infligenda non venit, pertinere  
ad indicem civilem.

Decimoquarto, Judices terrarum  
hodie statim commissio maleficio, faci-  
unt describi, & inventari, & seque-  
strati omnia bona delinquentis, ne au-  
ferantur, & occultentur, Capyc. dec. 231.  
n. 4. & 5. & ad hoc, ut succedente con-  
sumacia possit confiscari tertia pars mo-  
bilium, Mara. 6. p. tit. de contum. num. 25.  
lib. 2 ff. d. requir. reus, Clar. quest. 44.  
ver. 1.

Decimoquinto, Judex, seu officialis  
alicujus castrorum, est caput civium, & ut ci-  
vis debet gaudere privilegiis civium du-  
rante tempore officii, Capyc. decif. 309.  
num. 31.

Decimosexto, Judex non debet tene-  
re insolitas opiniones, sed inhærente opi-  
nioni majorum, seu communis gloss. &  
Salic. in l. 2. C. de sentent. Novel. de iure  
protim. §. tertius. num. 77. nam Judex se-  
cucus communem opinionem, licet in  
rei veritate illa non esset juridica, tamen  
est excusatus, nec dicitur peccare, & se  
potest defendere in Syndicatu, si suæ sen-  
tentiae propter hoc fuerint revocatae, ita  
Gemin. in c. 1. per illum text. de postulat.  
Pralat. li. 6. ver. secundo.

Decimoseptimo, Judicis decretum,  
sive auctoritas in diurnitate temporis  
præsumitur, Afflct. decif. 345. n. 4.

Decimoctavo, coram judge laico  
tenetur comparere laudatus, secus quā-  
do vocaretur à possessore nomine Cleri-  
ci, Gram. decif. 21. Maran. 6. par. memb. 6.  
in princip.

Decimonono, Clericus consentiens,  
vel non declinans forum Judicis sœcu-  
laris, potest puniri pena arbitraria, qua-  
si transgressor Canonis, Gram. decif. 61.

num. 8. Berthach. tralit. de Episc. 2. par. lib. 4. vers. 49. Hostiens. in Sum. tit. de renuntiat. §. 2. nn. secundo. ver. dic. ergo.

Vigesimò, Iudex Ecclesiasticus cognoscit de exceptione illegitimationis, & dum ipse cognoscit, sicut petitio haereditatis. Abb. in c. tuam, nus. 1. de ord. cogn. ita etiam de exceptione excommunicationis, idem ibid. num. 9.

Vigesimo primò, Iudex ecclesiasticus potest Clericos repetrere a seculari iudice, etiam si ipsi Clerici confessi fuerint se laicos esse, Covar. pralt. q. c. 33. num. 2. §. primum.

Vigesimosecundò, Iudex Ecclesiasticus non possit carcerare laicos, ratione simultatis, vel propter consuetudinem, vel de Covar. ubi sup. c. 10. §. 3. 4. nus. 1. Folie impralt. criminis, adjuvantur excusatores, nus. 79.

Vigesimotertiò, Iudex an debet, & possit judicare secundum allegata, & probata, an secundum conscientiam, vide Covar. lib. 1. ca. 1. num. 2. §. 3. var. resol.

Vigesimoquardò, Iudex nil nomine expensarum potest exigere a paupere, Anch. in c. statuum, §. in super, num. 8. do rescri. lib. 9.

Vigesimoquintò, Iudex ordinarius, & consultor potest reddi suspectus, Capyc. decisi. 132. nn. 6. sed suspectio est probanda coram ipso, si est nota, vel coram arbitris, si est dubia, & quid de procuratore suspecto, vide text. & Gloss. in c. eum speciali, in ver. iusta suspicionis, de appell. & Gloss. in c. quamvis, in ver. suspectus, de procur. lib. 6.

Vigesimosexto, Iudex ecclesiasticus, & non secularis cognoscit de causa filii-

ationis, cap. tuam, de ord. cog. §. c. causam qua, il 2. & ca. lator, qui sit sint leg. Covar. spons. 2. par. c. 8. §. 3. num....

Vigesimoseptimò, in Judicem non suum non potest Clericus consentire, nisi concurrant quinque, quorum illa sunt potissima, primum, ut Iudex ille sit Clericus, aliud de consensu proprii Episcopi, Hostiens. in Sum. tit. de offic. deleg. §. quibus modis, in prin.

Vigesimo octavo, an acta coram Judge laico faciant fidem coram Judge spirituali? Responderetur ex Cap. Tolos. q. 198. & ibi Addit. quod sic fallit prout inferius, in ver. tortura, §. 6.

Vigesimono nonò, Iudex ecclesiasticus dans sententiam injustam, quas penas incurrat, vide text. Gloss. & Gemin. in cap. 1. de sent. & re iud. lib. 6. sed nota bene, quia ad incurriendas illas penas requiruntur sex. Primo, ut sit contra conscientiam, sed de hoc vide prout supra, §. 25. remissive. Secundo, quod contra jus. Tertio, quod in gravamen partis. Quartò, in judicium. Quintò, quod facit. Sextò, quod per gratiam, vel sordes, id est, prece, odio, favore, vel timore, Gloss. ibi, in ver. sordes.

Trigesimò, Iudex non potest esse subditus in causa sui superioris, text. Gloss. Gemin. ibi, notab. penultimo. de offl. deleg. capitulo sexto. hinc non deducitur, Episcopum Suffraganeum non posse esse judicem in causa sui Metropolitani, cum non sit subditus, sed Suffraganeus, id est, auxiliator, & coadjutor: tamen Gemin. in dicto capit. versio: quarto, an Archiepiscopus, tenet quod non, quia text. loquitur de districtu, & quia

Archis.

Archiepistopus est Iudex sui Suffraganei in aliquibus casibus: sed ltext. oquitur de conservatore, licet posset extendi etiam ad Judicem, tamen succedente casu, & non constito de suspicione Suffraganei, dic, quod potest tunc esse iudex.

## IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

**P**rimo, circa fugientes ad ipsam Ecclesiam, an possunt capi, & an requiratur Episcopi licentia, vide Boer. *decis. 109.* & qui non gaudente hac immunitate, *ibidem numero 5.* & *decis. 100.* ubi habet etiam in quibusdam casibus posse sacerdotem a velli ab altari, nisi sacram incepit facere, vide Capyc. *c. inter alia,* *de immunit. Ecclaf.* vide Bullam Honotii Papae positam *in fine hujus operis, ca. 3.*

Secundum, palatum Episcopi gaudet immunitate hac, Guid. Pap. *q. 121. num. 4.* Zabarella in *Clem. I. de pœnit.* & *remiss. c. id constitutimus, 17. q. 4.* quod valet si palatum Episcopi sit constructum intra quadraginta Matricis Ecclesiae passus, Covar. *lib. 2. num. 6. ca. 20. var. refol. ver. 4.* & Inno. *in c. inter alia, hoc tit.* Hospitalia etiam auctoritate Episcopi constructa habent hanc immunitatem, Covar. *n. 4. ver. 2.*

Tertium in casibus, in quibus delinquens non potest gaudere ista immunitate, prout in *c. inter alia, & Covar. loco cit. num. 7. §. 8.* Foller. *pract. crim. 2. par. num. 6.* ubi dicit, non posse, neque in casibus illis extrahi, sine licentia Epis-

copi, & quia non potest extirhi, Episcopus si vult illam dare, debet uti hac clausula, seu cautela, ad evitandam irregularitatem, petens juramentum a Iudice, de servanda vita, & membris ipsius delinquentis, Guido Pap. *loco cit. num. 3. in fine, & dixi in versic. clericus, §. septimo, versic. circa tertium.*

Quarto, de ista immunitate, quoad proxim, & ut fiat bona apud tribunalia regia, videto Covar. *lib. 2. c. 20. per totum,* ubi habes, quod non solùm illi qui excipiuntur in d.c. *inter alia,* non gaudent hac immunitate, sed nec assassinii, nec qui homicidium proditorum commiserunt, etiamsi mors inde non sit sequuta, Boer. *loc. cit. & c. sicut antiquis. 17. q. 4.*

Quinto, an Ecclesia non consecrata, in qua divina celebrantur, & quid si ibi non celebrantur divina; vide Abb. *in Eccles. n. 1. & hoc tit.* & an Ecclesia interdicta, vide eund. *ibidem, n. 8.* ubi etiam habes de spatio Ecclesiae, quod gaudet hac immunitate, & Inno. *in c. inter alia, hoc tit.* & Gemin. *in ca. 1. ver. sed pœnae. circa ult. de in integrum restit. lib. 6.* dicit Ecclesiam etiam non finitam aedificari, sed per impositionem primarii lapidis per Episcopum gaudere hac immunitate, licet non potuerit perfici, & ratio est, quia non potest ad humanos usus redire; & citat Hostiens. *in capitulo Ecclesia, hoc titulo.*

Sexto, circa immunitatem domorum Praelatorum, Religiosorum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum, de non hospitando milites, & alios, vide Bullam Honor. Papae *in concordatis cum Rego Neapolitano, c. 4. quam habes in si. operis.*

Mm 2 Septi-